Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dñe: si percimus in gladio Et percussit unus ex illis
servum principis sacerdotum: et amputavit auriculam
eius dexteram Erat autem servus nomine Malchus.
Et cum tetigisset auriculam eius: sanavit eum Dixit
autem Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacer-
dotum et magistratus templi: et seniores Quasi
ad latronem existis cum gladiis et fustibus: cum cot-
idie vobiscum fuerim in templo non extendistis man-
us in me Sed hec est hora vestra: et potestas tenebrar.
Comprehendentes autem eum: duxerunt ad domum prin-
cipis sacerdotum Petrus vero sequebatur alonge
A retro autem secutus in medio atrio: et cum sedenti-
bus illis: erat Petrus in medio eorum Quem cum vidisset
ancilla quedam sedentem ad lumen: et cum vidisset
fixisset intuita: dixit Et hic cum illo erat At ille
negavit eum dicens Mulier: non novi illum Et post
pusillum: alius videns eum: dixit Et tu de illis es
Petrus vero ait Homo non sum Et intervallo
facto: quasi hore unius: alius quidam affirma-
bat dicens Vere: et hic cum illo erat: nam et gall-
ileus est Et ait petrus Homo: nescio quid dicis
Et continuo adhuc loquente: gallus cantavit Et
conversus dñs: respexit petrum Et recordatus
petrus verbi dñi quod dixerat: quia antequam
gallus cantet: ter me negabis Et egressus fo-
ras petrus: flevit amare Et viri qui tenebant
eum Iesum: illudebant ei cedentes: et velaverunt
eum: et percutiebant faciem eius: et interrogabat
eum dicentes Prophetiza Quis est qui te percussit
Et alia multa blasphemantes: dicebant in
eum Et ut facta est dies: convenerunt seniores